



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Adiuratio contra dæmonem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

40 ADIVRAT. CONTRA DÆMON.

minis, in quo non est infigenda poena sanguinis, non tamen esset mortale in foro conscientiae, si cessaret scandalum. num. 32.

**E** Accusator, qui, ut discedat à lite iniusta, quicquam accipit, peccat cum obligatione restituendi. Qui ut vincat in causa iusta, utitur instrumētis, vel testimoniis falsis, peccat, non tamen tenetur restituere. & qui omittit accusare aliquem, cuius delictum redundat in magnum damnum Spirituale, vel temporale Reipublicae, peccat mortaliter. num. 32.

*ADIVRATIO*

*contra Dæmonem.*

**P**ECCAT mort. adiurans dæmonem per modum obsecrationis, ut ab eo aliquid discat, vel auxilium accipiat. cap. 11. num. 27. & in No. num. 28.

Licitum est adiurare dæmones per modum coactionis, obstringendo eos Ecclesiasticis exorcismis: vel quando sine inuocatione ipsi dæmones adsunt, ut solent adesse in arreptitiis. Atque licet etiam tunc eos interrogare ( sine prece tamen, & sine aliquo societatis pacto ) ad aliquorum utilitatem. cap. 11. num. 27. & No. num. 18.

Colloqui



Colloqui cum dæmonibus corpora hominum obsidentibus, propter curiositatem, vel vanitatem, est peccatum veniale; quoniam nunquam licet illis coïti nisi tanquam inimicis. *ibidem.*

ADULTERIVM.

**A**DULTERIVM est species & circumstantia distincta à cæteris speciebus Luxuriæ, & ideo est necessariò confitenda. cap. 6. num. 5. & No. num. 4.

*Adulterum est habere copulam cum coniuge alterius. cap. 16. num. 3. & hoc quamvis sit separata à marito per diuortium, quoad thorum vel cohabitationem. capit. 22. num. 46.*

Coniugatus, qui adulterat cum aliena coniugata, tenetur vtrumque explicare in confessione. cap. 6. num. 5. & in No. num. 4.

Adulterium viri grauius est quàm fœminæ secundùm vnâ considerationem, & leuius secundùm alteram. Grauius, quia maioris vigoris ratione vitur, & melius potest resistere; debetque suam vxorem virtute vincere, eamque suo exemplo regere. Est tamen grauius adulterium fœminæ, eo quòd ipsa facit prolem de suo patre incertam, &

C 5 maius